



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

12 de rebus Permutatis, num subiiciantur retractui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

condictio. in deb. P. cum similib. libere partem suam ab aliena separare poterit, ne communio pariat discordias. l. cum pater. §. dulcissimi. de leg. 2. l. 2. quando non petentium partes, lib. 10. C. Et constat ex his, quae paulo post, Deo fauente, dicitur ex permutatione redhibitionem non dari, cui proxima & similis est diuisio. l. cum pater. §. hereditatem, in 2. de leg. 2. gl. in l. 1. commun. vtriusq. ind. C. in verb. placuit. ¶ Nec nos mouet, quod inter diuidendum interdum index ad iudicatione vtitur, & eius remunerationis causa, pretio alteri sociorum ad iudicatum, vt emioni tunc diuisio accedere videatur. l. 1. diuisionem, commun. vtriusq. ind. C. Siquidem imitatur quidem emtionem in eo diuisio, facilius diuisionis ratione, l. 1. 2. §. cum autem, commun. diuidum. C. §. quod si commo. de offic. iudic. apud Iust. in. sicut & similis, quod vtraque sit bona fidei. §. actionum. de act. vtraque habeat emtionem, l. si fructus, C. communia, vtriusq. ind. C. et de emt. at nullum simile idem est, l. fidem, C. de codicil.

De rebus mutuatis, locatis, in solum datis, num redhiberi possint.

CAP. II.

- 1. Redhibitio gentilitia non habet locum in mutuatis, commo. datis.
- 2. In locatis, eod.
- 3. Redhibitio gentilitia habet locum, in datis in solum.

**D**ubium est potuit esse in mutuo, num retrahi posset, quod mutui dominium transficit in eum, qui mutuatur, & fiat, quod mutuo, de meo tuum. l. 3. §. appellat. de reb. cred. in P. §. 1. quib. mod. re contrah. obligat. Minus autem in commo. dato viget questio, quod per illud non fiat alienatio, vel dominii mutatio. l. rei commo. data, commo. P. eademque res expleto vsq. in quem commo. datur, reuocatur ad dominum, l. in commo. dato, §. sicut commo. data, P. c. vnic. eod. tit. apud Greg. multo minus quoque dubium in precario, quod ex arbitrio dantis repetitur. l. 1. & l. 2. l. cum precario, de precar. in P.

**S**ic est in locatione retractationem gentilitiam cessare palam est, quia nec ex ea ceterum alienata res, l. non solum loca. P. l. qui rem suam, 20. eod. tit. C. l. codicillis, §. 1. §. instituto filio, de leg. 2. et si locatio fieret in longum tempus per contractum liberalium. Ceterum neque etiam mutuum retrahi posse verius est. Franciscus Mignon in commentar. consuet. Andegauens. in articu. 345. consuetud. num. 11. parte, ubi agitur de retractu. Quia tantum, vt mouimus, in rebus solum, non in mobilibus, in quibus cessat affectus, retractus gentilitius locum habet. C. n. sicut in mobilibus tantum mutuum, l. 1. §. mutui datio, de reb. cred. P. §. 1. quib. mod. re contrah. obligat. Sed & gratia, quae in mutuo est, affectionis est, & veluti liberalitatis, quae personam egredi non debet, videtur, et in donationis retractu paulo ante diximus. l. super non videtur res alienari, quae ea conditione datur, vt eodem numero, pondere, & mensura, & bonitate restitatur, quemadmodum sit in mutuo. l. 1. §. l. cum quid si certi. peti. P.

**S**ed quid statuendum in rebus, quae in solum dantur videamus. Verior certe est sententia, quae asserit in his rebus, locum fore iuri retractui & in decretali v. dicitur. consuet. Biturigum, in iur. de retractu. §. 9. in additione 3. ad §. 1. titulu. de retractu ap. Masuerum in praxi. Ioan. Faber in l. si praedium, C. de emt. et facit l. Senatus, 45. de leg. 1. Neque interest emtoris, si numos quos tantum creditur recipiat cum accessionibus legitimis: cum in numis non cadat affectio. l. numis, de in solum iuran. P. Estque datio in solum, in iur. emtionis, l. 3. pro emtore, P. l. fin. ex quib. causis, in poss. etat. P. l. si praedium, 4. C. de emt. sed vltra, res quae in solum datur alienari censetur cum onere suo, in l. alienatio, §. l. qui tabernas, de contrah. emt. in P. l. Statius Florus, de iure fidei. quale est, vt res possit a proximior redimi: accideret alicuiquin, vt quod via vna prohibetur, videlicet per emtionem, ne fiat frans proximo, alia per obliquum permitteretur, contra l. cum quid, de reg. iur. ca. ruz, de procura. l. fin. C. si mancip. sita veniat, ne prostituat. l. si ore oportet, §. mater, de tutel. l. oratio, de sponsalib. P. Et hanc questionem quoq. alias in publicis prelectionibus problematicae disputauit: sed nunc sufficit, si quod verius mihi videtur explicauerim breuius.

De rebus permutatis, num subiiciantur retractui. Cap. 12.

- 1. Redhibitio gentilitia non habet locum in permutatis.
- 2. Nisi in fraudem fiat.

**N**on habere locum retractum in permutatione nota consuetudinum enarratores. Chassanau in §. 9. des retract. in consuetu. Burg. versic. quid autem, Math. de Afflic. in commentar. iuris protomiseos. in gl. licet enim Boeri in §. 1. de retract. in consuetu. Biturig. Ioan. de Plat. in l. si de praediis decurio, sine decret. non alien. l. 10. C. vers. §. facit hac lex. Quia qui prohibetur vendere, non phibetur permutare. vt in l. 3. de praediis curial. lib. 10. ca. ad questiones, de rerum permut. ap. Greg. Dehinc permutatio non videtur omnino alienatio, eo quod aua res in locu data subrogatur, quae naturam prioris referre videtur, l. si cum iudicio sibi, §. qui in iur. arum, l. si quis cautio, P. l. parabolam, C. de episc. & cleri. §. fuerat, de actio. Quod tamē ita accipi debet, si res permutata sit eiusdem qualitatis, vt si immobilis cum immobili permutetur. Boerius in d. §. 1. de retract. Quamobrem si ex vno latere res immobilis vna, ex alio res alia, & pretium permutentur, dubium est, an tanquam emtio censetur contractus: an tanquam permutatio. Proinde Ioannes Andreas, in cap. ad questiones, de rerum permut. inspiciendam arbitratr esse mentem eorum qui agunt: num velint permutare, an vendere. At cum de ea non constet, inspiciendum est, nam pretium excedat valorem rei, cum qua pretium pro vna re datur, & an ei res accedat, & tunc dicitur emtio: tuncque erit locus retractui, quia quod praepoller inspicitur, l. maiorem, de pact. P. l. quod in dubio, de consecra. ecclesiar. l. quaritur, de sta. homi. c. Hermaphroditus, 4. q. 3. l. tenetur, §. 1. de actio. an vero pretium rei accedat ad perficiendam aequalitatem, quo casu censetur permutatio. d. c. ad questiones, de rerum permut. l. item si pretio, §. 1. locati. Quod si nec de hoc quoque constat, dicendum arbitratr Bartolus, esse contractum innominatum, in l. 1. num. 7. de rerum permut. & agendum esse praescriptis verbis actione. Bartolin. l. 1. §. at cum loca. facit l. 1. §. at cum, de praescri. verb. in P.

**E**t haec vera sunt, quando sine fraude permutatio fit, praediis interpretis citatis in hoc cap. In fraudem tamen fecisse non videtur, qui cum vellet ius protomiseos declinare, & vellet praedium emere, aliud praedium dedit, quod pro pretio, nomine permutationis, tradidit: quod is cum quo permutauit statim vendidit, vtroque sibi ita prospiciente. Tiraquell. in proemio retract. num. 71. Et seq. l. si cum alienum, 70. §. ait prator, de acquir. hered. P. Hoc quippe non fraudis, sed prudentiae adscribitur, l. si supulver, 4. 2. in 1. de acqu. hered. vt non reprehenditur, qui sibi prospiciet: s. subiciat aliquem, qui a se procuratore rem emtam nomine dominii petat. l. at qui natura, 20. §. cum me ab ipse, de negot. gest. P. l. feruus doctalis, §. solut. matrim. in P. l. cum pater, §. Titio, de leg. 2. Et sic consilium fraudandi potius, quam euentum consideramus, vt in l. 4. §. si quis autem, de fideicommiss. libertas, cum in fraude vtrumque consideretor, animus, & euentus, in l. ait prator, §. 1. qui in fraud. credit. in P. l. si feruus in 2. 81. de acquir. hered. l. quia amicus, §. si patronus, in fine, si quis omni causa, et in P. Neque nos mouere debet, quod permutatio vicina sit emtionis, l. permutationum, C. de rerum permut. & ideo admittere videatur eandem redhibitionem: quando quidem & euentum est in aliquibus casu, vt cum ceteris conuentionibus conuenire: verum tamen diuersam habere naturam, l. 1. de rerum permut. P. l. in si de contra. emt. in P. l. naturas, §. 1. de praescri. verb. P. vt in redhibitione, & aliis quibusdam.

De Personis, quae retrahere possint.

CAP. 13.

- 1. Retrahit proximior venditori.
- 2. Propinquus & proximior quis dicitur.
- 3. Redhibendi facultas, ad quem gradum extendi possit personarum.
- 4. Redhibendi facultas a tempore venditionis incipit queri tunc proximo.
- 5. Redhibere num possit proximus, qui ex mandato venditoris vendidit.
- 6. Redhibent proximi omnes, si velint, si sint in eodem gradu, alioquin ord. ne proximiores.
- 7. Redhibitio num fiat a proximior, facta venditione: vni de genere.
- 8. Redhibent proximiores, si velint, ab emtore: non tamen cogi possunt ab emtore redhibere, si nolint.

**H**actenus est de rebus, vt de materia: nunc de personis quae retrahant agamus. Constat itaq. proximum esse debere retractantem, qualis dicitur, quae nemo in gradu cognationis antecedit. l. ex duob. de vulg. P. l. proximi, de verb. sig. P. l. 1. §. proximus, vnde cog. ¶ Fluētuanus tamen interpretes in definiendo proptinquo, seu